Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Iacobo apostolo

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

fuit sed flamma exiliens mille quin-
gentos occidit. Pater autem eius hec omnia magi-
cis artibus ascribens ipsam iterum in car-
cerem mitti iussit et sequenti nocte iussit
pueris suis ut lapidem grandem ad collum
eius ligarent et in mare proicerent. Quod cum
fecissent protinus angeli ipsam assumunt.
Christus autem ad eam descendit et eam in mari
baptizavit dicens. Baptizo te in nomine dei
patris mei et in me ihesu christo filio eius
et in spiritu sancto. Et commisit eam michaheli
archangelo qui eam ad terram reduxit. Quod
audiens pater frontem suam percuciens
dixit. Quibus maleficiis hec facies ut in
maleficia tua exerceas. Cui illa. Stul-
te et infelix a christo hanc graciam acce-
pi. Tunc incarcerari eam iterum misit in-
sic ut mane deberet decollari. Ipsa
autem nocte urbanus eius pater mortuus
invenitur. Huic quidam iudex nequius
successit nomine dion qui cunam ferven-
tem succensam cum oleo resina et pice para-
ri fecit et christinam ibidem iactari. cunamque
a iiii. viris iactari ut citius consumeret.
Tunc christina deum laudat quod eam nuper rena-
tam denuo volebat ut infantulam in cuna-
bulis agitari. Tunc iratus iudex fecit
caput eius radi et nudam per civitatem usque
ad apollinem duci. Ubi ydolo imperavit
et corruens in pulverem est redactus.
Quod audiens iudex expavit et spiritum
tradidit. Huic successit iulianus qui for-
nacem succendi fecit et christinam iacta-
ri. Ubi per v. dies cum angelis cantans
et deambulans illesa permansit. Quod
audiens iulianus et magicis artibus
hoc ascribens duos aspides, duas vipe-
ras, duosque colubros ad eam dimitti
fecit. Sed serpentes pedes eius lingunt aspi-
des nil nocentes ad ubera pendent. co-

lubri collo se volventes sudorem lingunt.
Iulianus autem incantatoribus dixit. Num-
quid et tu magus es irritans bestias.
Quod cum fecisset serpentes in eum impetum
fecerunt et eum protinus occiderunt. Tunc
serpentibus imperavit christina et ad deser-
tum locum ire fecit et mortuum hominem sus-
citavit. Tunc iulianus mamillas
eius precidi mandavit de quibus lac pro
sanguine fluxit. Deinde linguam eius
precidi mandavit. Christina vero nequa-
quam loquelam amittens precisam linguam
accipiens iuliani faciem et oculos eius
percuciens eum excecavit. Iratus quoque iuli-
anus duas sagittas unam circa cor et
unam in latus eius dimisit. Et illa percus-
sa spiritum reddidit deo circa annos do-
mini cclxxxvii. sub dyocletiano. De sancto

Iacobus iste apostolus dicitur iacobus iacobo apostolo
zebedei, iacobus frater iohannis, boanerges
id est filius tonitrui et iacobus maior. Di-
citur enim iacobus zebedei id est filius non tantum carna-
liter sed et nominis interpretatione. Zebedeus enim inter-
pretatur donans sive donatus. Et beatus iacobus
se ipsum donavit deo per mortis martirium
et a deo nobis donatus est in spirituale patro-
nium. Dicitur iacobus frater iohannis quia fuit eius frater
non tantum carne sed et morum similitudine.
Ambo enim fuerunt eiusdem zeli eiusdem studii et
eiusdem voti. Eiusdem zeli ad dominum ulciscen-
dum. Unde isti duo cum samaritani christum
non reciperent iacobus et iohannes dixerunt. Vis
dicimus descendat ignis de celo et con-
sumat illos. Eiusdem studii ad discen-
dum. Precipue fuerunt qui christum de die iudicii
et aliis venturis interrogaverunt. Eius-
dem voti ad optinendum quod sessionem ad
dexteram et sinistram ambo habere vo-
luerunt. Dicitur filius tonitrui ratione sonoritatis pre-
dicationis quia malos terrebat pigros

exaltabat omnis sua altitudine in ad
munitionem concutiebat. Unde beda de iohanne
quod tam alte intonuit ut si aliquan
tulum altius insonuisset totus mundus
eum capere non potuisset. Dictus est iacobus maior
sicut alter minor. primo ratione vocationis.
quia primo vocatus est a xpo. Secundo ratione vo
cationis. quia primo vocatus est a xpo. Secundo
ratione familiaritatis quia maiorem
familiaritatem videtur xpc habuisse
cum isto quam cum alio. sicut patet quia ipsum
ad secreta sua admittebat. sicut fuit
ad puelle resuscitationem. et ad glo
riosam transfigurationem. iii. ratione passionis
quia primus inter ceteros apostolos passus est.
Sicut ergo dicitur maior alio ex eo quia prius
vocatus est ad apostolatus gratiam. ita po
test dici maior ex eo quia prius vocatus
fuit ad eternitatis gloriam. De ſco [illegible]

Iacobus apostolus filius zebedei
post ascensionem domini dum per iudeam et
samariam predicaret. in yspaniam tan
dem ivit. ut ibi verbum domini seminaret.
Et dum ibi nil proficere se videret et so
lum inibi novem discipulos acqui
sisset et duos ex illis causa predican
di ibi reliquid et alios septem secum
assumens iterum in iudeam rediit. Ma
gister autem iohannes beleth dicit quod tantum
unum ibidem convertit. Cum ergo in iudea ver
bum dei predicaret. magus quidam nomine
hermogenes cum phariseis discipulum
suum nomine philetum ad iacobum
misit. ut ipse coram iudeis convinceret
quod sua predicatio falsa esset. Sed cum apostolus
coram omnibus eum rationabiliter convinceret
et multa coram eo miracula fecisset. re
dit philetus ad hermogenem doctri
nam iacobi approbans et miracula
recitans ac eius se discipulum fieri con

testans. et ut ipse simuliter efficeretur disci
pulus persuadens. Tunc hermogenes ira
tus arte sua magica ita eum immobilem
fecit ut se nullatenus movere posset dicens.
Videbimus si iacobus tuus resolvat.
Quod cum philetus iacobo per puerum nun
cium nunciasset. misit ad eum iacobus
sudarium suum dicens. Accipiat sudarium
et dicat. Dominus erigit elisos. dominus solvit
compeditos. Statimque ut de su
dario tactus est solutus vinculis
hermogenis artibus magicis insultavit.
et ad iacobum properavit. Iratus igitur her
mogenes demones advocavit. pre
cipiens ut ipsum iacobum cum phileto ad
se vinctos adducant. ut de ipsis se
vindicet ne discipuli eius audeant de
cetero sibi taliter insultare. Venien
tes autem demones ad iacobum in aere
ululare ceperunt dicentes. Iacobe a
postole miserere nobis quia antequam tempus nostrum
adveniat iam ardemus. Quibus iacobus
ait. Ut quid venistis ad me. Qui
dixerunt. hermogenes misit nos ut te
et philetum ad eum duceremus. Sed mox
ut ad te venimus angelus domini nos ca
thenis igneis religavit et plurimum
cruciavit. Quibus iacobus. Exsolvat
vos angelus et ad ipsum redite et eum ad
me vinctum adducite et illesum. Qui cum
abissent apprehenderunt hermogenem
et eius manus post tergum ligaverunt et ipsum
sic vinctum ad iacobum adduxerunt di
centes. misisti nos ubi incensi sumus
et graviter cruciati. Dicuntque demo
nes ad iacobum. Da nobis in eum potesta
tem ut possimus tuas iniurias et nostra
incendia vindicare. Quibus ait ia
cobus. Ecce philetus ante vos est quare
eum non tenetis. Cui illi. Nos non possu

uuis nec fermentum quod in tuo cubiculo est tan-
gere manu. Orantibus iacobus ad philetum
ut bona pro malis redderet quod deus nos do-
cuit hermogenem religauit ei eum sol-
uere. Solutus hermogenes confusus rece-
dit et iacobus ei dixit. Vade liber
quocumque uolueris. nam est eum disciplinę
nostre ut inuitus aliquis conuertatur.
Dixitque hermogenes. Ego noui iras
demonum nisi mihi aliquid dederis quod
mecum habeam occident me. Cui iaco-
bus baculum suum dedit. Ille autem perrexit
et omnes libros artis sue magice ad
apostolum continuo adduxit. Iacobus
autem ne fetore odor incredulos inficeret
in capsis eos in mari proici fecit. post
tus igitur libris ad apostolum rediit et
plantas eius tenens dixit. animarum
liberator accipe penitentem quem inui-
dentem et detrahentem actenus sus-
tinuisti. Cepit igitur in dei timo-
re perfectus esse adeo ut uirtutes per
eum plurime fierent. Videntes igi-
tur iudei hermogenem conuersum zelo com-
moti. iacobum adierunt et cur ihesum
crucifixum predicaret increpauerunt. Ille
uero cum eis per scripturas aduentum
et passionem xpisti euidenter probans
plurimi crediderunt. Abyathar uero
pontifex anni illius seditionem in
populo concitauit et misso fune in col-
lo apostoli ipsum ad herodem agrippam dua-
xerunt. Cumque iussu eius ad decollandum
duceretur quidam paraliticus iacens cla-
mauit ut ei sanitatem conferret. Cui
iacobus ait. In nomine domini ihesu xpisti pro
fide ducor ad decollandum exurge
sanus et benedic creatorem tuum. Et sta-
tim sanus surrexit et dominum benedixit.
Scriba autem qui funem in collo ei miserat

et trahebat nomine iosias hic uidens ad
pedes eius se proiecit et ueniam petens
se xpistianum fieri postulauit. Quod ui-
dens abyathar eum teneri fecit et dixit
nisi nomen xpisti maledixeris cum ipso iaco-
bo decollaberis. Cui iosyas. maledic-
tus et maledicti omnes dies tui. nomen autem
ihesu xpisti sit benedictum in secula. Tunc ab-
yathar os eius pugnis cedi iussit et
missa de eo legatione ad herodem impe-
trauit ut cum iacobo decollaretur. Cum-
que autem ambo decollari deberent iaco-
bus a speculatore lagenam aque petiit
et ibidem iosyam prius baptizauit et
statim capitis obtruncatione uterque mar-
tyrium consummauit. ¶ Decollatus
est autem beatus iacobus. viii. kal. aprilis
in annuntiatione domini et viii. kal. au-
gusti compostellam translatus et iii. kal.
ianuarii sepultus quia usque ad ianuarium
ab augusto fuit eius sepulchri fab-
rica protelata. Statuit ergo ecclesia ut festum
eius. viii. augusti in tempore scilicet magis con-
gruo deberet uniuersaliter celebrari.
¶ Decollato autem beato iacobo ut ait
iohannes beleth qui hanc translationem
diligenter exequitur discipuli eius corpus
nocte timore iudeorum rapientes na-
ui illud imposuerunt et sepulture di-
uine prouidentie committentes nauim
sine regimine conscenderunt et angelo
duce in galaciam in regno lupe appli-
cuerunt. ¶ Erat enim in yspania regina
quedam que hoc nomine et merito uocabatur. De-
ponentes ergo corpus de naui super quendam
magnum lapidem illud posuerunt. Qui la-
pis mox ut cera corpori cessit et in sar-
cofagum corpori se mirabiliter coaptauit.
Ingredientes ergo discipuli sui ad lupam
dixerunt. Dominus ihesus xpistus mittit ad te corpus

discipuli sui ut quem noluisti suscipere uiuum suscipias defunctum. Et narrantes ei miraculum qualiter scilicet illuc sine gubernamine aduenissent, locum aptum sepulture congruum pecierunt. Quod dum regina audisset, ut dicit idem magister Iohannes Beleth, eos in dolo ad quendam uirum crudelissimum uel secundum alios ad regem Yspanie destinauit ut eius ad hoc consilium haberent. Qui eos cepit et in carcerem reclusit. Cum autem ille discumberet, angelus domini carcerem aperuit et eos liberos abire permisit. Quod dum ille cognouisset, uelociter post eos milites qui eos caperent destinauit. Cum autem milites illi pontem transirent, fracto ponte omnes in flumine sunt submersi. Quod audiens penitentia ductus est et suis metuens misit post illos, rogans ut ad se uenirent et quicquid uellent ad libitum impetrarent. Illi autem redierunt et populum ciuitatis ad dominum conuerterunt. Quod lupa audiens uehementer doluit et redeuntibus ad se discipulis et assensum regis afferentibus illa respondit: Accipite boues quos habeo in monte et plaustrum iungite et corpus domini uestri deferte et locum sicut uolueritis edificate. Hec autem lupa lupina cogitatione dicebat. Sciebat enim boues tauros esse indomitos et siluestres et ideo putauit quod non possent iungi nec applicari uel si iungerentur huc illucque discurrerent et sic currum dissiparent et corpus deicerent et ipsos necarent. Sed non est sapientia contra deum. Illi enim dolum eius non cogitantes montem ascendunt et draconem quendam ignem spirantem et in eos irruentem cruce sibi composita per medium uentrem scindunt

facto et signo crucis tauros ligant, qui uelud agni paruuli mansuescunt, et eos iungentes corpus sancti Iacobi cum lapide super quem positum fuerat in curru posuerunt. Boues autem sine regimine alicuius corpus in medium palacii lupe detulerunt. Quod illa uidens et stupens credidit et christiana effecta, omnia que pecierant tribuit et palacium in ecclesiam sancto Iacobo dedicans, magnifice eam dotauit et in bonis operibus uitam finiuit. ¶ Vir quidam nomine Bernhardus de episcopatu Mutinensi dum captus et cathenatus in profundo turris positus esset et semper beatum Iacobum inuocaret, apparuit ei sanctus Iacobus dicens: Ueni sequere me in Galiciam. Et confractis cathenis cum disparuisset, ille uinculis ad collum suspensis ad summitatem turris ascendit et inde sine aliqua lesione unicum saltum fecit, cum tamen turris LX cubitorum altitudinem possideret. ¶ Quidam cum penorme plurimum peccatum commisisset et episcopus penitentem absoluere timuisset, hominem cum cedula in qua peccatum illud scriptum erat ad sanctum Iacobum misit. Cum igitur in festo eiusdem cedulam super altare posuisset et sanctum Iacobum ut illud peccatum deleret suis meritis exorasset, cedulam postmodum aperuit et penitus deletam inueniens deo et sancto Iacobo gratias reddidit et factum omnibus publicauit. ¶ Triginta uiri de Lotoringia circa annum domini M.LXX ad sanctum Iacobum pergentes omnes uno excepto fidem sibi mutui seruitii promiserunt. Unus igitur illorum infirmatus a sociis XV diebus expectatur, sed tandem cuncti eum relinquunt et a solo illo qui fidem non promiserat ad pedem montis sancti Mychahelis custoditur. Sed ad uesperascente

die moritur. Vivus autem prae loci solitudine et defuncti praesentia et imminente noctis caligine et gentis barbarae feritate valde timuit. Sed statim beatus Jacobus in specie equitis sibi apparens et eum consolans ait: Trade hunc mihi mortuum et tu ascende post me super equum. Sicque illa nocte ante solis ortum dietas xv peragentes ad montem Gaudii qui est dimidia leuca citra sanctum Jacobum pervenerunt. Ibique sanctus Jacobus utrumque deposuit praecipiens ut canonicos sancti Jacobi ad sepeliendum peregrinum convocaret et sociis suis diceret quod pro fide fracta eorum peregrinatio nil valeret. Ille autem iussa complevit et stupentibus sociis de eorum itinere ea quae sanctus Jacobus dixerat intimavit.

Theutonicus quidam cum filio suo circa annum domini m. xx. ad sanctum Jacobum pergens et in urbe Tholosa cum hospitandi diverterent, ab hospite inebriati et ab eo in mantica argenteus ciphus absconditur. Mane igitur exeuntes quasi latrones insecutus revocavit et quod ciphum argenteum furati fuerint eis obiecit. Cum autem dicerent quod puniri eos faceret si apud eos cyphum invenire posset, et aperta mantica cum inventus fuisset, protinus ad iudicem rapiuntur. Data ergo sententia omnia quae habebant hospiti dantur et unus eorum ad suspendium iudicatur. Sed cum pater pro filio et filius pro patre mori vellent, tandem filius suspenditur et pater ad sanctum Jacobum merens progreditur. Deinde post xxxvi dies rediens ad corpus filii divertit et super eum lamentabiles voces promebat. Et ecce filius suus suspensus eum consolari coepit dicens: Dulcissime pater, ne fleveris quia mihi numquam sic bene fuit quia hucusque beatus Jacobus me sustentavit et caelesti dulcedine refocillat. Quod pater audiens ad urbem cucurrit et venientes populi filium peregrini incolumem deposuerunt et hospitem suspenderunt.

Refert Hugo de sancto Victore quod cuidam peregrino ad sanctum Jacobum peregrinanti daemon in specie sancti Jacobi apparuit et de miseria praesentis vitae plurima commemorans felicem se si ob honorem suum se necaret asseruit. Qui mox gladium arripuit et primus se ipsum occidit. Et cum ille in cuius domo fuerat hospitatus suspectus haberetur et mori plurimum formidaret, ille qui fuerat mortuus revixit asserens quod dum daemon qui mortem suaserat ad supplicia ipsum duceret, beatus Jacobus mox occurrit et ereptum ad thronum iudicis deduxit et accusantibus daemonibus ut vitae restitueretur obtinuit.

Quidam iuvenis in territorio Lugdunensi, ut narrat Hugo abbas Cluniacensis, qui ad sanctum Jacobum frequenter cum devotione magna ire solebat, quadam vice cum illuc tendere vellet, nocte illa in fornicationem lapsus est. Pergenti igitur nocte quadam diabolus in specie Jacobi sancti apparuit dicens: Scis quis sum? Cui ille: Non. Dixit diabolus: Ego sum apostolus Jacobus quem singulis annis visitare consuevisti. Scias quod multum de devotione tua gaudeo. Sed nuper de domo tua egrediens in fornicationem incidisti et non confessus ad me accedere praesumpsisti, quasi tua peregrinatio deo et mihi placere possit. Non sic expedit, sed quicumque ad me venire desiderat peregrinando, prius peccata sua per confessionem suam debet prodere et post peregrina

do eadem nulla puniret. Et huius dictis
demoni credidit. Dum iuuenis ad pa
tris domum suam rediret et peccata confiteri de
inde disponebat. Et ecce
dyabolus iam apparens in specie apostoli homini
non dixit eadem asserens quod peccatum
illud nullo modo remitteret nisi penitus
sibi genitalia membra secaret. Be
atior autem foret si se uellet occide
re et pro eius nomine martyr esset. Iuuenis
igitur nocte sociis dormientibus gla
dium arripiens genitalia sibi precidit. De
inde eodem cultro se perimens transfixit.
Expergefacti socii hec uidentes et plu
rimum formidantes protinus aufu
gerunt ne suspecti de homicidio
haberentur. Verum cum eius fouea pararetur
qui fuerat defunctus surrexit et
cunctis fugientibus et stupentibus
que sibi acciderant enarrauit dicens.
Cum me ad suggestionem demonis
occidissem, demones me capientes
uersus romam me ducebant. Et ecce
post nos sanctus iacobus properanter cucur
rit et demones de fallacia ~~in~~ plurimum
increpauit. Cumque ad inuicem plurimum
disceptarent cogente beato iacobo
ad quoddam pratum uenimus ubi uirgo
beata cum multis sanctis colloquens residebat.
Cui cum beatus iacobus pro me conquestus fuisset
illa plurimum demones increpauit et
me uite restitui fecit. Beatus ergo Iaco
bus me suscipiens uite me reddidit
ut uidetis. Post tertium igitur solis in illo a
citatibus remanentibus iter arripuit
et inueniens socios omnia per ordinem enar
rauit. Anno domini m. cc. xxxviii.
in uigilia sancti iacobi in quodam castro quod pra
ti dicitur inter florentiam et pistoriam si
tum iuuenis quidam rusticus quadam simpli
citate deceptus segetes tutoris
sui ignem apposuit eo quod hereditatem
suam sibi usurpare uolebat. Tentus
igitur et confessus ad caudam equi trahendus
et incendio ad iudicatus est. Cum peccatum
suum confessus et sancto iacobo se deuouisset
cum super petras linea in sola camisia
indutus tractus fuisset nec in corpore nec in camisia
sensit aliquam lesionem. Tandem ad palum
ligatus ligna undique congeruntur igne
supposito ligna et uincula comburuntur.
Sed ipso sanctum iacobum inuocante nec
in camisia nec in corpore aliqua lesio rep
peritur. Quem dum in ignem iterum uellent
iactare ab apostolo eripitur et deus in suo
apostolo magnifice laudatur. De S.

Christophorus ante baptismum dicebatur Christofore
Reprobus sed postmodum christophorus
dictus est quasi christum ferens eo quod christum
iiii. modis portauit scilicet in humeris per
traductionem, in mente per deuotionem,
in corpore per macerationem, in ore per confessio
nem siue predicationem. De sancto christophoro.

Christophorus genere chananeus pro
cerissime stature uultuque terribilis
erat et xii. cubitos in longitudine possi
debat. Cum ut in quibusdam gestis suis le
gitur cum staret cum quodam rege chananeorum
uenit sibi in mentem ut maiorem principem
qui in mundo esset quereret et ad eundem se
moraturus accederet. Venit igitur ad
quendam maximum regem de quo generalis fa
ma habebat quod maiorem in mundo
principem non haberet. Quem rex uidens libenter
recepit et in sua curia manere fecit. Qua
dam autem uice ioculator quandam cantionem
coram rege cantabat in qua frequenter
dyabolum nominabat. Rex autem cum
fidem christi haberet quandocumque dyabolum nominari
audiebat protinus in facie sua signum